



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institutio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Doctrina Christi audienda est propter tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

guente corpore spiritualia impedian-  
tur; abstulit corpori suo boni operis  
effectum, spiritui affectum; pro Chri-  
sto exemplum, deo honorem, & ser-  
uitium; sacrilegus est, & omnium  
horum in deo reus. talis sacrilegus  
dicitur qui uiolat templum dei, cor-  
pus suum. Idem etiam. Carnem  
debemus restringere, non extingue-  
re. Item. Si quis sine consensu & uo-  
luntate Patris spiritualis, fit singula-  
ris uanę glorię imputabitur, non  
mercedis. Vnde Gregorius. sint ergo  
moderata, & sancta, & simplicia ieiu-  
nia uestra, quę ita corpus attenuent,  
ut animam non eleuent, ne res hu-  
militatis gignat superbiam, & uicia  
de uirtute nascantur.

Bern.

Bern.

Greg.

*Doctrina Christi audienda est  
propter tria.*

**P**rimo, quia uera. Matth. Magi-  
ster scimus quia uerax es, &c.  
Et Christus dicebat. Ego sum  
uia, ueritas, & uita. Secundo quia  
utilis. Io. Verba quę locutus sum uo-  
bis, spiritus, & uita sunt. Tertio, quia  
æterna. Vnde dicebat Saluator. Cę-  
lum & terra transibunt, uerba autem  
mea non præteribunt, &c.

Mat. 22

Ioã. 14.

Ioan. 8.

Luc. 12